



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium
Declarationibus illustratus ; omnibus in iudicio Civili & foro Ecclesiastico
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore
distinctus

Chokier, Érasme de
Coloniae Agrippinae, 1684

17. Archiepiscopus Episcopus, an celebrare possit in locis exemptis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61886)

Capellas, Ecclesias aut loca non exempta nam eorum respectu subicitur ordinatio
cum capella de privileg. ubi DD. & consequenter eorum contemplatione iuramentum
 fidelitatis Episcopo præstare potest, idque argumentum sumendo à feudis potest
 enim aliquis esse vassallus duorum pro diversis feudis ac utriusque respectu
 præstare utrique Domino iuramentum fidelitatis *cap. 1. que sit nova forma in feud.*
cap. de forma 2. 2. quæst. ult. c. 1. in fine hic finitur lex. cap. grandi de supplend. neglig. prelat.
in 6. Spec. de feudo §. 2. vers. 12. Quod genus argumenti in hac exemptionum materia
 procedere diximus frequenter supra lib. 1. qu. 45.

QVAESTIO XVII.

Archiepiscopus, Episcopus, an celebrare possit in locis à se exemptis.

Questionem hanc tetigimus supra quam proinde nolo hic iterum repetere
 supra lib. 2. qu. 45. vers. 25. & 62. Quid autem de alijs prælatis vel Abbatibus
 an Pontificalia exercere possint extra eorum Ecclesias item in præsentia suorum
 prælatorum superiorum vide copiose Francum *cap. ut Apostolica n. 5. & 6. de privi-*
leg. in 6.

QVAESTIO XVIII.

Archiepiscopo vel Episcopo celebrante in loco exempto cuius erunt
 oblationes in missa factæ.

SUMMARIUM.

- 1. Diæcesis est parochia Episcopi.
- 2. Omissum remanet in dispositione iuris.
- 3. Solutio questionis cum distinctione.
- 4. Troilus indistincte censet deberi Episcopo.

Videtur quod Diæcesani quia tota diæcesis est parochia Episcopi *cap. licet*
16. q. 3. & alij curati dicuntur adiutores Episcopi cap. fin. de offic. Archiepresby-
teri. Præterea oblationes veniunt accessorie ad missam ideoque videtur quod ce-
 lebranti debeantur *cap. accessorium de reg. iur. in 6.*

In contrarium vero facit quia diæcesano permissam est quidem ut celebret in
 loco exempto iuxta *Clem. Archiepiscopo de privileg.* at vero de oblationibus nihil
 dispositum reperitur; unde fit locus axiomati quod omissum remaneat in dispositi-
 one juris communis *l. commodissime ff. de liber. & post.* Petrus de Anchar. hac in quæ-
 stione sic distinguit ut si celebret exequendo officium Pastorale, quod ei oblatio-
 nes debeantur, idque ut subveniatur in necessitate constituto secus vero si volunta-
 rie